..lleri ΘΗΡΑC

..nii Poſitiones
..rotii Anno-
..ohannem..
..monitiones.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0001-3

A.XXV.
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
I A 216.
SIGNAT. cIↄIↄCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0002-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0004-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0005-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0006-0

# NILI EPISCOPI ADMONI- TIONES,

*E Græco Sermone in Latinum traductæ,*

A

STEPHANO SCHONING,

olim Scholæ Doccumienſis in Friſia Occid. Rectore,

*nunc*

in gratiam Studioſæ Juventutis recuſæ.

GORLICI
Impenſis CHRISTOPHORI SCHUBERTI,
Typis HÆRED. CHR. ZIPPERI.
M. DC. LXXIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0007-6

*VIRO*
*Plurimùm Reverendo atq;*
*Excellentiſſimo,*

# DN. ADAMO Rechenberg/

SS. Theol. Lic. in Academia Lipſienſi Græcarum Literarum Profeſſori Publico, Majoris Principum Collegii Collegiato, Facultatis Philoſophicæ Aſſeſſori undiquaq; meritiſſimo,

*Fautori & Amico vel ultra Nomen Amici devenerando,*

CHRISTIANUS Weiſe/
Gymnaſ. Zittav. Rector
*S. P. D.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0009-1

CUm ſuperiori anno Gregorii Nazianzeni *Definitiones Rerum ſimplices* eum in finem prelo ſubjeciſſes, ut ſuppeteret Argumentum verè Academicum, in quo ſuſceptæ Profeſſionis tum gloria tum fructus illuſtraretur; ac imprimis aurei hujus Opuſculi dedicatio ſpectaret ad Virum CL. *DN. CHRISTIANUM FUNCCIUM*, Gymnaſii Gorlicenſis Rectorem, quo antea Præceptore uſus fueras fideliſſimo: jam ego ſtabam in procinctu, ut è Weiſſenfelſenſi meâ Profeſſione ad Rectoratum Gymnaſii Patrii, h. e. in optatiſſimam *FUNCCII* viciniam, digrederer. Noveram tum maximas meas fore curas, ſi Græcam Linguā, vel à contemptu hoc publico, vel à negligentia privatâ vindicatam, diſcentium animis eſſem inſtillaturus. Neq; enim nunc, in Seculo hoc incurioſè curioſo, objici juvenibus poteſt, quod ſuperiorum temporum Philologi de neceſſitate harum literarum copioſè dixerunt: *eſſe in ipſis omnigenæ doctrinæ clavem, qua ſi quis careat, nec in Theologia firmum, nec in Legibus prudentem, nec in arcanis Naturæ ſolertem, nec tandem in Philoſophiâ fore perſpicacem.* Quo plura enim extare creduntur exempla,

qui-

quibus erudita hæc Lingua in corradendis eruditorum emolumentis parum vel nocuit vel profuit: eo minorem ſemper fidem inveniunt, quæ in Umbra Scholaſtica, contra publicam ſcilicet lucem, dicta eſſe videntur.

Quamobrem, ut hic etiam *STATISTÆ SCHOLASTICI* facerem officium, Tuis, *Vir Excellentiſſime*, veſtigiis infiſtere decreveram: exquiſitis ex aureo quodam Opere ſententiis, quarum brevitas & repetitioni, &, quæ repetitionis filia eſt, memoriæ conduceret; unde Auditores, vel neſcientes, ſi non omnia, certè aliqua, eaq; non viliſſima hujus Linguæ imbiberent. In manus autem venerat Libellus *NILI EPISCOPI* Admonitiones continens, ac Franekeræ 1608. excuſus, quem vario nomine commodum ac felicem rebus meis ſperare poteram. Quippe Tu in Auditorio Academico enucleatis definitionibus ipſa Philoſophiæ arcana videbaris in Græco quaſi caniſtro exhibere: Mihi Nilus inter Auditores inferiorum ſtudiorum illuſtrandis Orationum artificiis non exigua ſimul pollicebatur. Proinde maturata nunc editio honorificam *NOMINIS Tui* memoriam præ ſe fert, tum ut publicum noſtri Amoris proſtaret teſtimonium, tum ut Juvenes mei Græcis ſententiis majo-

majorem afferrent diligentiam, ſi Profeſſori celeberrimo easdem non diſplicuiſſe cognoverint. Faxit DEUS, ut ſalvum ac ſoſpitem Libellus hic Te inveniat, diuq; Tuis laboribus Illuſtriſſima Academia exſplendeat. Ego ſanè dum vixero intimioris Tuæ notitiæ recordationem inter ſvaviſſimas vitæ delicias ſum repoſiturus. Vale cum *FELLERO* & *MENCKENIO*, Amicis Tuo-meis. *Scrib. Zittaviæ è Gymnaſio d. 27. Mart. S. N. M. DC. LXXIX.*

---

## LECTOR BENEVOLE.

SUpervacaneum forte eſt, in hoc proponendarum ſententiarum inſtituto quærere, quis fuerit Nilus, earundem Auctor. Id tamen, quantum licuit, à Michaële Neandro præſtitum eſt, cujus integra verba Schoningius repetit. Qui poſtquam variorum feciſſet mentionem, quos Nili nomine claros noviſſet antiquitas, *De Nilo*, inquit, *Conſtantinopolitano hæc apud Nicephorum in Eccleſiaſtica Hiſtoria leguntur, Lib. 14. Admirando autem Nilo patria Conſtantinopolis fuit: cujus etiam propter egregiam generis nobilitatem præfectus fuit. Potentia autem & opibus affluens, aſceticam illis prætulit vitam: quippe qui ad Exemplum divini Davidis ad domum DEI abjici, quàm in tabernaculis peccatorum habitare maluerit. Et cum* elo-

eloquentiæ vi polleret, divinæq́ gratiæ nervis validus eſſet, ſcripta varia, quæ vitæ monaſticæ exercitium inſtruunt, reliquit verbis & ſententiis ita compoſita, ut lectoris animum gratiâ incredibili recreent. Scripſit quoq́ divinorum Patrum in monte Sina obitum, martyrium, facundiâ & affectu tanto, ut ſatis inde colligere liceat, quàm eximia doctrina juxta & virtute vir is fuerit: ubi etiam ſuas & filiorum res paucis commemorat, miſerabiliter veluti in tragœdiâ captivitatem eorum exponens: quum barbari Blemmyæ, excurſione ſuâ cædem ingentem fecêre. Quod opuſculum tanquam ſpirituale quoddam oblectamentum ſtudioſis reliquit. Alios item libros optimos edidit, ſpiritualis gratiæ non expertes, inter quos primas eum ferre puto, quem ad Græcæ ſuperſtitionis ſectatores ſcripſit. Et rurſum, qui ab eo ad Eulogium compoſiti ſunt. Capita autem collegit aliqua quidem fuſius: multa autem compendioſius tractata, in quibus ſpiritualem fructum perinde atq́ Nectar aut Ambroſiam aliquam oculis ſubjectum, ita, ut facilè percipi poſſet, propoſuit. Quem vita defunctum, Juſtinus poſterior inde translatum, in fundamento ſacratioris menſæ, in eo, quod ab ipſo Petro & Paulo, Apoſtolorum principibus, ad Orphanotrophium conſtructum eſt, templo repoſuit. Huic Nilo non dubitaremus aſcribere Parænefeon libellum, niſi alii martyrem quoq́ ipſum facerent, quod & nos ſecuti ſumus: ſimul quoq́ floruiſſe

ſcri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0013-9

*ſcriberent. Anno â Chriſto nato 309. quod indiscuſſum ita relinquimus; id ſolum ſtudioſis affirmantes, libellum eſſe elegantem & pium, qui præcepta de pietate, honeſtate & virtute, morum deniq; ac totius vitæ DEO placente informatione proponat in brevibus ſententiis ac dictis tanquam oraculis quibusdam inclusâ.* Hactenus Schöningl verba, quæ quidem impræſentiarum ſufficiant. Tu vale, & fave.

---

## *ERRATA.*

Pag. 5. lin. 9 & 10. leg. ἀρέ-σκειν. p. 7. l. 11. l. ἡνίκα. p. 11. l. 12. l. οἶδας. p. 13. l. 6. & 7. l. ἔ-χθρα. p. 15. l. 11. l. nullum. p. 17. l. 8. l. κατα-σκευ-. p. 18. l. 18. & 19. l. λογι-σμὸν, l. 19. l. κᾆν. p. 19. l. 7. l. ἔκτιλλε. p. 20. l. 13. & 14. l. ἐ-πεισέρχε-ται. p. 22. l. 13. l. τρυγῆσαί τι. p. 26. l. 26. l. λοιδο-ρηθῇς. p. 27. l. 18. l. διόπερ. p. 31. l. 1. & 2. l. πρά-γματος. p. 32. l. 16. l. γίνονται. Cæterùm monendum eſt: quòd incuriâ Typothetæ non tantùm in vocibus non nullis ſpiritus ſit tranſpoſitus; & tonus aut planè ſit omiſſus, aut pro gravi factus ſit acutus: ſed & paſſim commata ac cola locum minùs juſtum teneant.

Quæ Παροράματα Benev. Lect. facili negotio ipſemet emendabit.

P. C. D.

## B. C. D.

Ἀρχὴ σωτηρίας, ἡ ἑαυτοῦ κατάγνωσις.

Initium ſalutis eſt ſui ipſius condemnatio.

2. Βέλτιον εἰκῇ ἐμβάλλειν λίθον ἢ λόγον.

Melius eſt temere injicere lapidem, quàm verbum.

3. Γενοῦ τοῖς πᾶσιν, ὡς σὺ θέλεις πάντας.

Sis omnibus, ut tu vis omnes tibi eſſe.

4. Δικαιοσύνην μᾶλλον ἔργῳ, ἢ λόγῳ ἄσκει.

Juſtitiam magis opere, quam verbo exerce.

5. Ἐυσεβὴς ἐχ' ὁ πολλὲς ἐλεῶν, ἀλλ' ὁ μηδένα ἀδικῶν.

Pius eſt, non qui multorum miſeretur, ſed qui nemini injuriam facit.

6. Ζῆν ἄμεινον ἐπὶ ςιβάδος, καὶ θαῤῥεῖν, ἢ χρυσῆν ἔχοντα κλίνην ταράττεσθαι.

Melius eſt vivere in frondeo toro, & bono eſſe animo, quàm aureum habentem lectum, eſſe animi turbidũ.

7. Ἡδὺς ἐκεῖνος ὁ φίλος ὁ τὴν ψυχὴν διατρέφων.

Jucundus ille amicus eſt, qui animam enutrit.

8. Θεὸν μὲν λόγοις ὕμνει, ἔργοις δὲ σέβε, ἐννοίᾳ δὲ τίμα.

DEUM

DEUM cùm ſermonibus canta, tùm operibus cole, tum cogitatione honora.

9. Ἱερέα φρόνησις, καὶ βίος, καὶ εὐγένεια ποιεῖ.

Sacerdotem intelligentia, & vita & ingenuitas facit.

10. Κάκιςόν ἐςι πᾶσι δουλέυειν αἰσχροῖς.

Peſſimum eſt, omnibus ſervire turpitudinibus.

11. Λόγῳ μεν τὴν ἀρετὴν δίδασκε, ἔργῳ δε ἀυτὴν κήρυττε.

Sermone quidem virtutem doce, at opere ipſam prædica.

12. Μὴ τὸ ἔχειν ἀρετὴν καλὸν νόμιζε, ἀλλὰ τὸ ὡς δεῖ.

Non habere virtutem pulchrum puta; ſed ut oportet.

13. Νόμον τιμῶν, κατὰ νόμον ζήσεις.

Legem honorans, ex lege vives.

14. Ξένος ἐκεῖνος, ᾧ ξένα τὰ τȣ̃ κόσμȣ.

Hoſpes ille eſt, cui hoſpitia ſunt mundana.

15. Ὁ φθονῶν ἑαυτὸν ζημιοῖ. ὁ γὰρ κατ᾽ ἄλλȣ φθεγγόμενος, φθάνει πάσχων ὑφ᾽ ἑαυτȣ̃ κακῶς.

Qui invidet, ſe ipſum mulctat: Qui enim adverſus alium loquitur, prior afficitur â ſe ipſo malis.

16. Πλȣ́σιον μήτε κολάκευε, μήτε παρόξυνε.

Diviti neq; adulare; neq; iram move.

17. Ρώννυσι μὲν οἶνος τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν λόγος Θεȣ̃.

Roborat quidem vinum corpus, at animam ſermo DEI.

18. Σιτίοις χρῶ, ȣ̓ τοῖς ἡδέσιν, ἀλλὰ τοῖς ὠφελίμοις.

Cibis utere non ſvavibus, ſed ſalubribus.

19. Τοῖς ὄχλοις πειρώμενος ἀρέσκειν, τῶν ὄχλων ὅμοιος ἔσο.

Si vulgo conaris placere, vulgo ſimilis ſis.

20. Ὑπὲρ πάντα καταχρῶ τῷ σώματί σȣ.

Super omnia morte affice corpus tuum.

21. Φιλόπονος ἐκεῖνος, ᾧ χρόνος ȣ̓ περιωτεύει.

 Labo-

Laboris amans ille eſt, cui tempus non ſuperat.

22. Χριςιανȣ̃ ἀνδρὸς μὴ τὸ σχῆμα ἀποδέχȣ, ἀλλὰ τὸ τῆς ψυχῆς φρόνημα.

Chriſtiani hominis non habitum recipe, ſed animæ prudentiam.

23. Ψέγειν ἀνεπίληπτον εἰς θεὸν, ἁμαρτία.

Reprehendere irreprehenſum, in DEUM peccatum eſt.

24. Ὤτων καὶ γλώσσης, μέγας ὁ κίνδυνος.

Aurium & linguæ magnum eſt periculum.

25. Φόβον ἔχε Θεȣ̃, καὶ πόθον, καὶ καθαρὸν πρὸς πάντας τῷ μαρτυρίῳ τȣ̃ συνειδότος κέχρησο.

Habe

Habe timorem DEI, & deſiderium, & purè erga omnes teſtimonio conſcientiæ utere.

26. Αὐτὸν ἐφεστάναι, τὸν Θεὸν πίστευε, ἐν οἷς πράττεις ἑκάστοτε.

Ipſum DEUM ſiſtere ſe tibi crede, in eis, quæ paſſim agis.

27. Φεῦγε τοὺς ἐπαίνους, αἰσχύνου δὲ τοὺς ψόγους.

Fuge laudes, & pudefac vituperia.

28. Χαῖρε τὴν ἀρετὴν ἡνίκα πράττεις. ἀλλὰ μὴ ἐπαίρου, μήποτε τὸ ναυάγιον ἐν τῷ λιμένι γένηται.

Gaude, quando virtutem excerces, ſed ne efferare: ne quando naufragium in portu fiat.

29. Ὅσον, ἐν τῷ νόμῳ προκόπτεις, ἀπολείπεσθαι τῆς τελειότητος γίνωσκε.

 Quan-

Quantum in lege proficis, tantum abeſſe te â perfectione cognoſce.

30. Πάσης πράξεως τὸ τέλος πρὸ τῆς ἀρχῆς ἐξέταζε.

Omnis actionis finem ante initium exquire.

31. Νύκτωρ καὶ μεθημέραν πρὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἐσχάτην ἀπόβλεπε.

Noctu & interdiu ad finem ultimum reſpice.

32. Μὴ ἀναμίγνυσο τούτῳ, ὃν παρὰ τῶν ἀγαθῶν θεωρεῖς λοιδορούμενον.

Ne admiſcere huic, quem â bonis vides reprehendi.

33. Σπεῦδε μηδενὶ βλάβην, ἐν οἷς πράττεις, ἢ λέγεις, ἢ φιλοσοφεῖς, γενέσθαι.

Stude nemini damno eſſe in iis, quæ facis, ſeu dicis, ſeu commentaris.

34. Μὴ εὐφραίνȣ τοῖς ἀνθηροῖς τȣ͂ βίȣ. τὸ γὰρ χόρτινον ἄνθος, ὡς ψηλαφᾶς, μαραίνεται.

Ne lætare floridis vitæ: Gramineus enim flos, ut attrectas, flacceſcit.

35. Ἐν τοῖς λυπηροῖς εὐχαρίστει, καὶ ὁ ζυγὸς τῶν ἁμαρτιῶν κȣφίζεται.

In triſtibus gratias age, & jugum peccatorum leve redditur.

36. Ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἀσφαλίζȣ. Πολλȣ̀ς γὰρ καὶ μειζόνων ἤλεγξαν.

In tentationibus ſis firmus: multos enim etiam majorum arguerunt.

37. Μὴ μέμφȣ τὴν τȣ͂ Θεȣ͂ μακροθυμίαν. Κοινὸν γάρ ἐστι φάρμακον.

Ne incuſa DEI clementiam: commune enim eſt pharmacum.

38. Μσεῖ τὸ ἀνώμαλον τȣ̃ βίȣ. ἐπ' ἀυτȣ̃ δε τὸν θεὸν μὴ διάβαλλε.

Odio habe inæqualitatem vitæ: ſed ob eam DEUM ne criminare.

39. Προσέυχομεν ἑαυτοῖς, καὶ ἄλλȣς ȣ᾽ σκώψομεν. πολλὰ γαρ ἐν ἡμῖν, ἀφ' ὧν τȣ̀ς ἄλλȣς σκώπτομεν.

Attendamus nobis ipſis: & alios cavillis non irridebimus: multa enim in nobis ſunt, ob quæ alios dicteriis petimus.

40. Ψαλμὸς ἔςω σοι ἐυχῆς ἐν τῷ ςόματί σȣ. Θεὸς γὰρ ὀνομαζόμενος, φυγαδέυει τȣ̀ς Δάιμονας.

Pſalmus precationis ſit tibi in ore tuo: DEUS enim nominatus fugat Dæmonas.

41. Προ-

41. Προσευχὴ μετὰ νήψεως γενέσθω, ἵνα μὴ τὸν θεὸν αἰτῶμεν, οἷς αὐτὸς οὐκ ἀρέσκεται.

Precatio cum ſobrietate fiat, ut ne DEUM petamus, quibus ipſe non redditur amicus.

42. Ἀεὶ μνημόνευε τοῦ θεοῦ, καὶ οὐρανὸς ἡ διάνοιά σου γίνεται.

Semper memento DEI, & cœlum ſit cogitatio tua.

43. Χαλίνου τὸν ὀφθαλμὸν, ὡς γὰρ οὐκ οἶδας, ῥέμβεται.

Frena oculum: Cum enim non ſciviſti, volvitur.

44. Φείδου τῆς γλώττης. Πολλάκις γὰρ προφέρει, ἅπερ ἄμεινον κρύπτεσθαι.

Parcus ſis Lingua: Sæpe enim profert,

tert, quæ melius fuiſſet celari.

45. Γεώργει τῇ μελέτῃ τοῦ νόμου, τὴν διάνοιαν. ἐκτείλει γὰρ τῶν λογισμῶν τοὺς πονηρούς, συνεχῶς μελετώμενος.

Cole meditatione Legis mentem: Evellit enim cogitationes malas, continuè meditata.

46. Τὰς ἀρετὰς κρύπτε. Μάρτυρας δὲ τοῦ βίου πολλοὺς κέκτησαι.

Virtutes tuas cela. Teſtes autem vitæ tuæ multos acquire.

47. Μίσει τὰς ἡδονὰς τῆς σαρκός. ῥυπερὰν γὰρ μετὰ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν ἐργάζονται.

Odio habe voluptates carnis: ſordidam enim animam una cum corpore operantur.

48. Μό-

48. Μόνα δίδου τῇ σαρκὶ ὅσα χρήζει λαβεῖν, οὐχ ὅσα βούλεται.

Sola ea da carni, quæcunq́; opus eſt ſumere, non quæcunq́; vult.

49. Μὴ ἀγάπα τὸ τρυφᾷν. Φιλίαν γὰρ πρὸς τὸν βίον ἐμποιεῖ, ἔχθρα δὲ πρὸς τὸν θεὸν ἐξ ἑκατέρου τίκτεται.

Ne ama delicatè vivere: amorem enim vitæ conciliat: inimicitia vero adverſus DEUM ex utrovis paritur.

50. Αποστρέφου τὴν ἐν τῷ βίῳ χαράν. ἄυτη γὰρ ὀλισθαίνει καὶ σκελίζει τοὺς τρέχοντας.

Adverſare in vita gaudium: hoc enim lubricum eſt, & ſupplantat currentes.

51. Πλοῦτον εἰ μὲν ἔχεις, σκόρπιζε,

εἰ δ' ἐκ ἔχεις, μὴ σύναγε.

Divitias ſi habes, diſtribue; ſi vero non habes, ne collige.

52. Ὅπλον ἡγȣ̃ τὴν νηςείαν, καὶ τὴν προσευχὴν τεῖχος, καὶ λȣτῆρα τὰ δάκρυα.

Armaturam puta jejunium, & precationem murum, & balneum lacrymas eſſe.

53. Ὅσα ἐξήμαρτες, πάντα μετὰ ςεναγμῶν μέμνησο. γίνεται γὰρ ἐντεῦθεν τῇ ψυχῇ διηνεκὴς κατάνυξις.

Quæcunq; peccaſti, omnia cum ſuſpiriis memento: fit enim hinc animæ perpetua compunctio.

54. Περιποιȣ̃ τȣ̀ς πτωχȣ̀ς. ȣ̃τοι γὰρ ἡμῖν τὸν κριτὴν καταλλάσσȣσι.

Fove pauperes: hi enim nobis judicem

dicem conciliant.

55. Ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινώνει. δι' αὐτῶν γάρ σοι κοινωνία πρὸς τὸν θεὸν γίνεται.

Egeſtati ſanctorum communica: per eos enim tibi communicatio DEI contingit.

56. Τὴν Ἐκκλησίαν ὡς οὐρανὸν πάτει. καὶ μηδὲν ἐν αὐτῇ μηδὲ λέγε, μηδὲ λογίζου γήϊνον.

Eccleſiam ut cœlum calca: ullumq; in ipſa neq; dic, neq; cogita terrenum.

57. Ἀναγκαίαν νόμιζε τὴν αὐταρκειαν. Παραχώρει δὲ τῷ Θεῷ τὴν ὑπὲρ ταύτης μέριμναν.

Neceſſarium puta animum ſuâ ſorte contentum: Demanda autem DEO hujus curam.

58. Κύλλα τὴν σάρκα ἀγαθοῖς πόνοις, παντελῶς δὲ αὐτὴν μὴ καταπεσεῖν φρόντιζε.

Frange carnem bonis laboribus: omnino tamen ipſa ne concidat cura.

59. Πίνε τὸν οἶνον ἐλάχιστον. ὅσον γὰρ κολοβοῦται, εὐεργετεῖ τοὺς πίνοντας.

Bibe vinum valdè modicũ. Quantum enim frangit, tantum boni confert bibentibus.

60. Κόλαζε τὸν θυμόν. μανίας γάρ ἐστι πατὴρ, τὸ μέτρον ἐξερχόμενος.

Compeſce animum: inſaniæ enim eſt pater, ſi modum egrediatur.

61. Ἐν ταῖς νόσοις τῇ προσευχῇ πρὸ τῶν ἰατρῶν, καὶ φαρμάκων κέχρησο.

In

In morbis precatione priùs, quàm medicis & pharmacis utere.

62. Τὰς ἱερεῖς πάντας μὲν τίμα, τοῖς ἀγαθοῖς δὲ πρόστρεχε.

Sacerdotes omnes quidem honora; ſed bonos tantum adi.

63. Ἀγάπα τοῦ Θεοῦ τοὺς οἴκους, οἶκον δὲ Θεοῦ καὶ σεαυτὸν κατασκεύασον.

Charas habe DEI domus; Domum verò DEI etiam te ipsũ compara.

64. Εἰς τὴν Ἐκκλησίαν σύχναζε. θορύβων γὰρ ἡμᾶς καὶ ζάλης ἀπαλλάττει τῶν ἔξωθεν.

In eccleſiam frequenter veni: à perturbationibus enim & fluctuatione externarum rerum nos liberat.

65. Ὅσα ἐν τῇ γῇ πρόσκαιρα



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0031-9

Μὴ σὲ ἒν λύπει τὸ χωριζόμενον.

Quæcunq; in terra ſunt, temporaria ſunt. Ne te igitur dolore afficiat, quod aufertur.

66. Ὅταν σοὶ λογισμὸς ἡδυπαθείας ἐγγένηται, ἀντίςησον αὐτῷ τὴν τῶν ἀνθρώπων αἰσχύνην καὶ τὴν τȣ̃ θεȣ̃ πρόσκρȣσιν.

Quando tibi cogitatio voluptatis injecta eſt, oppoſueris ipſi hominum pudorem & DEI offenſam.

67. Ασφαλίζȣ τὴν ἀκοὴν, καὶ τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς. δἰ αὐτῶν γὰρ πάντα τὰ βέλη τῆς κακίας εἰσέρχονται.

Muni auditum & oculos: Per ipſa enim omnia tela malitiæ ingrediuntur.

68. Ἡνίκα προσεύχῃ, τὸν λογισμὸν πρὸς θεὸν ἀνάγαγε. κἂν περισπα-

σπασθεὶς κατέλθῃ, πάλιν αὐτὸν ἀνάγαγε.

Quando oras, cogitationem ad DEUM attolle. Quod ſi abſtracta deſcenderit, iterum ipſam attolle.

69. Οὐ παύεται ἡ διάνοια τίκτουσα. Σὺ δὲ τοὺς μὲν φαύλους ἔκτειλε, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς γεώργησον.

Non ceſſat mens parere cogitationes: tu verò malas quidem evelle, bonas vero cole.

70. Χαῖρε τῇ ταπεινώσει. τὸ γὰρ ἐξ αὐτῆς ὕψος πολὺ, καὶ πεσεῖν μὴ δυνάμενον.

Gaude animi demiſſione: altitudo enim ex ipſa magna exiſtit; & cadere non poteſt.

71. Ἄσκει τοσοῦτον, ὅσον χαλάσαι τῆς σαρκὸς τὰ κινήματα. κἂν

ἀσθενήσῃ πρὸς ὑγείαν τὸ σῶμα, μὴ πρὸς τρυφὴν θεράπευσον.

Exerce te tantum, quantum laxandis carnis motibus ſatis eſt. Et ſi viribus fueris imbecillis, ad ſanitatem corpus, non ad delicias cura.

72. Τοὺς πονηροὺς τῶν λογισμῶν, λογισμοῖς ἑτέροις ἀναμόχλευε.

Pravas cogitationes cogitationibus aliis amove.

73. Λογίζου τῶν οὐρανῶν ἀγαθῶν τὴν εὐπρέπειαν, καὶ πάθος οὐδέν σοι τῆς γῆς, ἢ τῶν ἐκ ταύτης τερπνῶν ἐπεισέρχεται.

Conſidera cœleſtium bonorum decorum: & deſiderium nullum tibi terræ rerumq; delectabilium ex hâc emanantium ſubit.

74. Ἡνίκα τι περὶ Θεοῦ ἐπέρχε-

ταί σοι νοεῖν, μὴ τὸν θεὸν, ἀλλὰ σαυτὸν. οὐδὲν γὰρ ἀσφαλὲς, ὑπὲρ τὸ μέτρον, ὅπερ χωροῦμεν, ἐπέρχεται.

Quando aliquid de DEO venit in mentem tibi cogitare, non DEUM, ſed te ipſum expende. Nihil enim tutum ultra modum, quem percipimus, inceſſit animo.

75. Τὰς φαύλους ἐνθυμήσεις σπόρον εἶναι τοῦ Διαβόλου πίστευε. οὕτω γὰρ αὐταὶ παύονται, ὁ δὲ σπορεὺς αἰσχύνεται.

Pravas cogitationes ſemen eſſe Diaboli, crede. Sic enim ipſa deſinunt, & ſeminator pudore ſuffunditur.

76. Φείδου τὰ πολλὰ γέλωτος; χαυνοῖ γὰρ τὴν ψυχήν. χαυνωθεῖσα δὲ, τῷ τοῦ νόμου χαλινῷ εὐχερῶς ἀποδύεται.

Parcus ſis multùm riſu: laxat enim animam: laxata verò legis freno facile exuitur.

77. Εἰς ἔργα δεῖ τὴν ψυχὴν καὶ προσευχὰς μερίζεσθαι. οὕτω γὰρ οὐ πολλὰς εὑρίσκει πρὸς ἡμᾶς τὰς εἰσόδους ὁ διάβολος.

In opera & preces oportet animam partiri: Sic enim non multos invenit ad nos aditus Diabolus.

78. Ἔργον εἶναι τοῦ νόμου τὴν ἀνάγνωσιν νόμιζε, ὅταν μετὰ τῆς γλώττης ὁ νοῦς τρυγῆσαι τὶ θέλων, ἐν ταῖς βίβλοις ἐργάζηται.

Opus eſſe legis lectionem puta: quando, cum lingua mens cognoſcere quid volens, in libris operatur.

79. Ἐὰν εἰς ἔργα τὴν χεῖρα κινῇς, ἡ γλῶττα ψαλλέτω, καὶ ὁ νοῦς προσ-

ευχέσθω. ἀπαιτεῖ γὰρ ἀεὶ παρ' ἡμῶν ὁ θεὸς μνημονέυεσθαι.

Si ad opera manum moveas, lingva pſallat, & mens oret. Poſtulat enim ſemper â nobis DEUS, ut ſui memoria teneatur.

80. Πᾶσαν μὲν πρᾶξιν διὰ προσευχῆς σφράγιζε. τάυτην δὲ μάλιστα ἐφ' ἣν τὸν λογισμὸν θεωρεῖς ἀμφιβάλλοντα.

Omnem actionem per orationem ſigna: hanc tamen maximè, ob quā mentem conſpicis ambigentem.

81. Ἐι βούλει τὰ τῶν χειρῶν ἔργα, θεῖά σοι καὶ μὴ χοϊκὰ γίνεσθαι, κοινά σοι τὰ ἐξ ἀυτῶν γενέσθω πρὸς τοὺς χρήζοντας.

Si vis, manuum opera divina tibi & non terrena fieri, ſint tibi ea, quæ

ex iis ſuppetunt, cum egentibus communia.

82. Χαῖρε τῇ τῶν ἁγίων ἐντεύξει. δι᾽ αὐτῶν γὰρ ὁ θεὸς ἐμφανίζεται.

Gaude Sanctorum congreſſione: per ipſos enim DEUS manifeſtatur.

83. Τοὺς ἀληθῶς ἁγίους ἀπὸ τῶν ἔργων διάκρινε. ἕκαστον γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ καρποῦ γνωρίζεται.

Verè ſanctos ab operibus dijudica: unaquæq; enim arbor è fructu noſcitur.

84. Ἀεί τι κερδαίνειν ἐκ τῆς θεωρίας τῆς τῶν ἁγίων σπούδαζε. Ἐπιτήρει δὲ αὐτῶν βλέμμα, καὶ σχῆμα. ἐπωφελὲς γὰρ ἑκάτερον.

Semper aliquid lucrifacere ex contemplatione ſanctorum ſtude. Ob-

ſerva

ſerva vero ipſorum viſum & habitum: perutile enim utrumq́; eſt.

85. Ακακίαν ἄσκει τῇ καρδίᾳ καὶ ἁγνείαν τῷ σώματι. ταῦτα γὰρ ἄμφω σε θεοῦ ναὸν ἀπεργάζεται.

Simplicitatem exerce corde, & caſtimoniam corpore. Hæc enim utraq́; te DEI templum efficiunt.

86. Οὕτως οὖν φύλαττε τὸν ναὸν, ὡς τοῦ κτήσαντος, καὶ κρίναι μέλλοντος, καὶ τὴν εἰκόνα σε τὴν ἑαυτοῦ καθαρὰν μεθοδεύοντος.

Sic igitur cuſtodi templum, ut ejus, qui poſſideat, & judicaturus ſit, & te imaginem ſui puram perſequatur.

87. Ἁι τῶν βιωτικῶν ὁμιλίαι τὸν λογισμὸν ἀπὸ θεοῦ χωρίζουσι. διόπερ αὐτοῖς μηδὲ συλλάλει, καὶ τοὺς λα-

λαλȣ̃ντας ἔκκλινε.

Profanorum converſationes mentem à DEO ſeparant: Quapropter ipſis ne colloquere quidem, & loquentes declina.

88. Ὅταν λοιδορηθῇς, σκόπει μή τι σοὶ τὰς λοιδορίας πέπρακται ἄξιον. εἰ δὲ ȣ̓ πέπρακται, καπνὸν εἶναι φεύγοντα τὴν λοιδορίαν νόμιζε.

Quando conviciis petitus es, conſidera, num quid â te convicio dignum factum ſit. Si verò non factum fuerit, fumum eſſe fugientem convicium exiſtima.

89. Ἐν οἷς ἀδικῇ, τῇ ὑπομονῇ πρόσφευγε, καὶ πρὸς τȣ̀ς ἀδικȣ̃ντας ἡ βλάβη μεθίςαται.

In quibus injuria afficeris, ad tolerantiam confuge: & ad injuriam facien-

cientes damnum recidit.

90. Ἡνίκα πλοῦτον ἢ δόξαν ὁρᾷς, ἢ βιωτικὴν δυναστίαν, λογίζου τὸ ἐν αὐτοῖς φθαρτὸν καὶ διαφεύγεις τὸ δέλεαρ.

Quando divitias, aut gloriam vides, aut mundanam poteſtatem, in animo cogita ipſorum interitum, & effugis illecebram.

91. Καρτέρει τὰς θλίψεις. ἐν αὐταῖς γὰρ αἱ ἀρεταὶ, καθάπερ ἐν ἀκάνθαις ῥόδα, φύονταί τε καὶ τρέφονται.

Tolera afflictiones: In ipſis enim virtutes, quemadmodum in ſpinis roſæ & naſcuntur, & vegetantur.

92. Μηδὲν εἶναι τῆς ἀρετῆς ἴσον εἰς ἀξίωμα νόμιζε. ὄψις γάρ ἐστι θεοῦ. διόπερ ἐστὶ, καθὰ καὶ αὐτὸς, ἄτρεπτος.

Nihil eſſe virtuti æquale præ dignitate exiſtima: viſus enim eſt DEI. Quapropter eſt, quemadmodum & ipſe, immutabilis.

93. Θρήνει τὸν ἁμαρτωλὸν εὐθηνοῦντα. τὸ ξίφος γὰρ αὐτῷ τῆς δίκης ἐπιτείνεται.

Fuge peccatorem, proſpera utentem fortunâ: Gladius enim ipſi juſtitiæ intenditur.

94. Μητέρα κακῶν τὴν ῥαθυμίαν νόμιζε, ἀγαθὰ γὰρ, ἃ μὲν ἔχεις, συλᾷ, ἃ δε οὐκ ἔχεις, οὐκ ἐᾷ προσκτήσασθαι.

Matrem vitiorum ignaviam puta: bona enim, quæ habes, prædatur; Quæ vero non habes, non ſinit acquirere.

96. Ὅταν φαῦλα πράττων, ἐπ' αὐ-

αὐτοῖς μὴ αἰσχύνεται, βαρεῖται τὸ τραῦμα, καὶ τὸ πτῶμα εἰς ἀπόγνωσιν ἔρχεται.

Quando is, qui prava agit, ob ea non pudore afficitur, fit grave vulnus, & erratum ad deſperationem venit.

96. Ὁσάκις ἀθυμεῖς, λογίζου πόσα τοῖς πιστοῖς παρεσκεύασται, καὶ ὁ καρπός σοι τοῦ πνεύματος εὐχερῶς παραγίνεται.

Quotiescunq; animo deficis, reputa, quanta fidelibus præparata ſint: & fructus ſpiritus tibi facilè aderit.

97. Χρὴ τὸν πιστὸν ταπεινοῦσθαι πρὸς πάντας. Τὸ γὰρ πρὸς ἐνίους ταπεινοῦσθαι, πεπλανημένην τὴν ταπείνωσιν κέκληται.

Oportet fidelem humilem eſſe erga omnes. Nam coram quibusdam

humi-

humiliter ſe gerere, fictam humilitatem habet.

98. Τῆς πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπης μηδὲν προτιμήσῃς, πλὴν ὅσα ἐξ αὐτῆς, ἡ ἀγάπη πρὸς τὸν Θεὸν παραβλέπεται.

Proximi dilectioni nihil præferas, præterquam quæ ipſius dilectio DEI non rectè intuetur.

99. Μηδενὶ παρὰ τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ πρόσκεισο, μηδὲ πρόσπασχε. Θεοῦ γὰρ ἀνάξιον ποιεῖ τὸν αὐτοῦ τινὰ προτιμῶντα.

Nemini contra legem DEI adhæreto, neq; addictus eſto. DEO enim indignum facit, qui aliquem magis, quàm ipſum honorat.

100. Μὴ συνηγόρει τοῖς κακοῖς. αὐτοὺς μὲν γὰρ εἰς κακίαν ἀλείφεις,

σὺ

σὺ δὲ μολύνῃ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ πράγματος.

Ne patrocinare malis: ipſos enim ad malum inſtigas. Tu verò fœdaris communione peccati.

101. Νουθέτει τὸν ἁμαρτάνοντα, μὴ κατηγόρει τὸν πταίοντα. λοιδόρου μὲν γὰρ τὸ δεύτερον, τὸ δὲ πρότερον διορθοῦντος.

Admone peccantem, & ne accuſa errantem: poſterius enim conviciatoris eſt, prius verò corrigentis.

102. Ακούειν ἀεὶ καὶ λαλεῖν τὰ τῶν ἁγίων σπούδαζε. εἰς ζῆλον γὰρ ἀγαθὸν τὴν ψυχὴν ἐρεθίζουσι.

Audire ſemper & loqui ea, quæ ſanctorum ſunt, ſtude: ad Zelum enim bonum animam ſtimulant.

103. Ἐι Εκκλησίαν κατ᾽ οἶκον ἕκαστος

ςος τὴν διάνοιαν ἔχομεν, καὶ τελεῖν ἐν αὐτῇ τοὺς θεσμοὺς τῆς Ἐκκλησίας ὀφείλομεν.

Si Eccleſiam domeſticã, quisq́; mentem ſuam habemus, etiam peragere in ipſa ritus Eccleſiæ debemus.

104. Ἐι τελεῖται σύναξις ἐν Ἐκκλησίᾳ, παράβαλε. ἐι δὲ μὴ τελεῖται, σὺ ψάλλων ἀποςολικὸν ἐυαγγέλιον, ἄπελθε.

Si agitur conventus in Eccleſia, accede: Si verò non agitur, tu, pſallens Apoſtolicum Evangelium, abi.

105. Τὴν τῶν ἀρετῶν δόξαν ἐκ τῶν ἁγίων κατόπλευε. Ἀθάνατοι γὰρ αὐτῶν αἱ δόξαι, καὶ μετὰ θάνατον γίονται.

Virtutis gloriam à ſanctis proficiſcentem aſpice: immortalis enim ipſorum gloria etiam poſt mortẽ eſt.

106. Τὴν

106. Τὴν κακίαν τότε μισήσεις· ὅταν λογίσῃ, δαιμόνων ὅτι ἐςὶ καθ' ἡμῶν ςιλβȣμένη μάχαιρα.

Malitiam tunc oderis: quando cogitabis, quod Dæmonum ſit contra nos fulgurans machæra.

107. Ἐι νȣθετεῖς τὸν πταίσαντα, κρᾶσον συμπαθείᾳ τὰ ῥήματα· καὶ τὰ μὲν ὦτα μαλάσσονται, ἡ δὲ καρδία φωτίζεται.

Si admones labentem, tempera commiſeratione verba: & aures molliuntur, cor verò illuminatur.

108. Ὅταν ἐν ἁγίοις λαλεῖς, ἐρώτα τὰ τȣ̃ πνεύματος· ὅταν δὲ μὴ τοιȣ́τοις λαλεῖς, ȣ̓ ταῦτα λάλει.

Quando inter ſanctos loqueris, interroga ea, quæ ſunt Spiritus: quando autem non talibus loqueris, haud

ea loquere.

109. Τὰς πράξεις ἀεὶ τὰς ἀγαθὰς ἐπίσπευδε· μήποτε καταλιπὼν αὐτὰς, ἡμιτελὴς ἀπελεύσῃ.

Actiones ſemper bonas accelera: ne quando, relictis illis, ſemiperfectus abieris.

110. Οὕτω τρέχε, ἵνα καταλάβῃς, τοῦτ᾽ ἔστιν, ἀπαύστως· δεῖ γὰρ τὴν ἀρετὴν τρέχειν, μέχρις ἂν ἐξέλθωμεν τοῦ βίου τὸ στάδιον.

Sic curre, ut comprehendas, hoc eſt, indeſinenter: oportet enim virtutis curſum currere, usq; dum egreſſi fuerimus vitæ ſtadium.

111. Μὴ γίνου περὶ τὴν ἐργασίαν τῶν ἐντολῶν ὀλίγωρος· τοῖς γὰρ τοιούτοις ὁ κόπος ἀκερδὴς ἐπὶ κόπον προστίθεται.

Ne ſis in operatione mandatorum negligens: talibus enim labor haud lucroſus ad laborem apponitur.

112. Τὴν ὑπομονὴν καὶ πρὸ τῆς ἀνάγκης ἄσκει· ὅπως αὐτῆς εὕρεις καὶ ἐν τῇ ἀνάγκῃ τὴν πανοπλίαν ἕτοιμον.

Tolerantiam etiam ante neceſſitatem excerce: ut ipſius etiam in neceſſitate armaturam invenias paratam.

113. Μάχου τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς, καὶ λέγε πρὸς αὐτοὺς, ὅσα ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖται.

Pugna cum malis cogitationibus, & dic ipſis, quæ in lege dicuntur.

114. Σπουδῇ πολλῇ τὸν ὀφθαλμὸν ἐκ τοῦ βίου μελάσησον· καπνὸς γὰρ ἐξ αὐτοῦ πονηρὸς, θολὴν τὴν ψυχὴν ἀναδίδοται.

Studio multo oculum ab hâc vita

 dimo-

dimove: fumus enim ipſius pernicioſus turbidam animam reddit.

115. Ἐι φαύλῃ τινὶ συνηθείᾳ κεκράτησαι, κατὰ μικρὸν ἀπότεμνε· καὶ κόπου πολλοῦ χωρὶς, τῆς ψυχῆς ἀποβαλεῖς τὴν ἄκανθαν.

Si prava aliqua conſvetudine victus fueris, paulatim eam abſcinde: & ſine labore multo ab anima abjicies ſpinam.

116. Καθαρὸν ὄντα τὸν θεὸν, καθαρῶς ἀγάπα· καὶ τοῦ ἐπὶ πάντων πάντα δεύτερα νόμιζε.

DEUM, qui purus eſt, purè dilige; & ab eo in omnibus omnia ſecunda eſſe exiſtima.

117. Ἐι θέλεις εἶναι ναὸς θεοῦ, θυσίαν ἐνδελεχισμοῦ τὴν προσευχὴν αὐτῷ τὴν διηνεκῆ πρόσφερε.

Si

Si vis eſſe templum DEI, ſacrificium continuationis, precationem ipſi continuam affer.

118. Τὸν ἀμελῶς βιοῦντα, μὴ προσλάμβανε σύμβουλον· ὁ γὰρ τοῖς κακοῖς χαίρων, ἀγαθὰ καὶ μισεῖν, καὶ συμβουλεύειν οὐκ ἀνέχεται.

Negligenter viventem ne aſſume conſultorem: malis enim gaudens bona & odiſſe & conſulere non ſuſtinet.

119. Πάσης ἀπέχου φθορᾶς, καὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου πᾶσαν ἡμέραν μέτεχε· οὕτω γὰρ Χριστοῦ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον γίνεται.

Omni abſtine corruptione, & myſticæ cœnæ omni die particeps ſis: ſic enim Chriſti corpus noſtrum fit.

120. Ἐν οἷς παιδεύῃ παρὰ θεοῦ,

μὴ γόγγυζε· παιδεύει μὲν γὰρ ὡς πατὴρ, εὐχαριςεῖσθαι δὲ, ὡς εὐεργέτης, ἔςιν ἄξιος.

In quibus erudiris â DEO, ne murmura: erudit enim ut pater: gratiarum autem actione ut celebretur, uti beneficus, eſt dignus.

121. Ὅταν ἀτιμασθῇς, χαῖρε. Εἰ μὲν γὰρ ἀδίκως, ὁ μισθὸς πολύς· εἰ δὲ δικαίως, ἐὰν σωφρονῇς, ἐκȣφίσθης τῆς μάςιγος.

Quando ignominia affectus es, gaude. Nam ſi injuſtè, merces multa erit: ſi verò juſtè, integer animi ſi fueris, levatus es flagello.

122. Σκιᾷ καὶ τροχῷ τὰ λυπηρὰ τȣ̃ βίȣ καὶ τὰ φαιδρὰ παράβαλλε. Ὡς γὰρ σκιὰ μένει, καὶ ὡς τροχὸς κυλίεται.

Um-

Umbræ & rotæ triſtia hujus vitæ & læta compara. Ut enim umbra non manent, & ut rota volvuntur.

123. Ἀεὶ προκόπτειν κατὰ θεὸν σπούδαζε· ὁ γὰρ μικρῷ ἐπὶ μικρὸν προστιθεὶς, πλοῦτον καλὸν καταβραχὺ συλλέγει, παρὰ πάντων ζηλούμενον.

Semper procedere in DEI cognitione ſtude: qui enim parvum ad parvum apponit, divitias pulchras ac omnibus quæſitas brevi colliget.

124. Εἰ βούλει τῆς κολάσεως ἐκφυγεῖν τὸ ἐπίπονον, μηδένα ποτὲ λοιδορήσῃς· ἐκ τούτου γὰρ τὸ θεῖον παροξύνεται.

Si vis punitionis effugere moleſtiam, neminem unquam conviciis afficies: ob hoc enim DEUS ad iram concitatur.

125. Ἐι θέλεις ἐκ τοῦ οἴκου σου ἀποδιῶξαι πᾶσαν μάςιγα, μὴ κακολογήσεις ὁμόφυλον ἄνθρωπον· ὁ γὰρ ποιήσας αὐτὸν, εἰκότως παροξύνεται.

Si vis ê domo tuâ expellere omne flagellum, non maledices contribuli homini: qui enim fecit ipſum, meritò ad iram concitatur.

126. Ἐι θέλεις πάσης ἁμαρτίας ἀνώτερον εἶναι, πράξεις ἀλλοτρίας μὴ καταμάνθανε· πολλὰ γάρ εἰσιν ἐν σοὶ ἀφ᾽ ὧν ἕτερον ὑπολαμβάνεις.

Si vis omni peccato ſuperior eſſe, actiones alienas non perdiſce: multa enim ſunt in te, de quibus alium excipis.

127. Φεῦγε τὴν ὑπερηφανίαν, ὦ ἄνθρωπε, κἂν πλούσιος ᾖ· μήποτε τὸν θεὸν ἀντιτασσόμενον ἕξεις.

Fuge

Fuge ſuperbiam, ô homo, etiamſi dives ſis: ne fortè DEUM adverſantem habeas.

128. Φίλει τὴν ταπεινοφροσύνην, κἂν μέγας ὑπάρχεις, ἵνα ὑψωθῇς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

Amicus ſis ſubmiſſioni animi, etiamſi magnus ſis: ut exalteris in die Judicii.

129. Μὴ σκώψῃς ἄνθρωπον, καὶ μῶμον ἐχ ἕξεις ἐν πάσῃ ζωῇ σε.

Ne cavillis petas hominem, & momum non habebis in omni vita tuâ.

130. Ὅταν ἐν Ἐκκλησίᾳ ὑπάρχεις, μὴ μετεωρίζε· ἐνώπιον γὰρ βασιλέως οἱ ἑςῶτες, ἔτε γελῶσιν, ἔτε μετεωρίζονται.

Quando in Eccleſia es, ne elevare:

coram enim Rege ſtantes neq; rident, neq; efferuntur.

131. Μὴ καταφρόνει τῆς ζωῆς σου, καὶ ἀδιαφόρως πράττε παρὰ τὸν νόμον, ἵνα μὴ παρὰ νόμον τὴν ἀπώλειαν ἕξεις.

Ne deſpicatui habe vitam tuam, nec indifferenter fac contra legem, ut ne contra legem faciens perniciem habeas.

132. Μετὰ πάσης ἀσφαλείας μνημόνευε τῶν εἰρημένων, ἵνα σε λαμπρὸν τῷ βίῳ ἀναδείξωσιν.

Cum omni ſtudio memento eorum, quæ dicta ſunt, ut te illuſtrem in vitâ oſtendant.

133. Ζήλωσον βίον σεμνὸν, ἵνα ἔχεις παῤῥησίαν ἐπιστρέφειν τοὺς ἁμαρτάνοντας.

Æmu-

Æmulator vitam puram: ut habeas liberam orationem convertendi â corruptâ vitâ peccantes.

134. Ἀσφαλίζου τὴν αὐθάδειαν, μὴ ἐπιπλήξεις τινὶ, ἵνα μὴ κατακριθῇς ὡς ὑψηλοφρονήσας.

Cave contumaciam, ne obſtupefeceris quemquam: ut ne condemneris, ut qui elato animo ſis.

135. Μὴ γελάσῃς ἐπὶ πλώματι ἑτέρου, ἵνα μὴ γελασθῇς, ὑφ' ὧν οὐ θέλεις.

Ne riſeris in lapſu alterius, ut ne ridearis, â quibus non velis.

136. Φύλασσε τὰς παραινέσεις ταύτας, ἵνα ςέφανον δόξης προξενήσωσί σοι.

Cuſtodi admonitiones haſce, ut coronam gloriæ concilient tibi.

137. Γενοῦ ἐγκρατὴς τῶν ἐντολῶν τούτων, ἵνα προσάξωσί σε ἐμφανῆ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ εὐάρεστον τῷ θεῷ· οὕτω γὰρ ἥδεται τὸ θεῖον, καὶ τοιούτοις κατορθώμασι θεραπεύεται ὁ θεός.

Sis obſervans horum præceptorum, ut adducant te conſpicuum hominibus, & benè placentem DEO: ſic enim lætatur DEUS, & talibus rectè factis colitur DEUS.

138. Ἀεὶ προκόπτειν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις σπούδαζε· ὁδὸς γὰρ εἰς ἀρετὴν ἡ τοῦ βίου φυγὴ ἀγαθή τε καὶ σύντομος.

Semper proficere in bonis operibus ſtude: vitæ enim fuga eſt via ad virtutem, bonaq; & conciſa.

139. Χρὴ τὸν ἐπιθυμοῦντα τῶν ἀφθάρτων, ἀντ' οὐδενὸς ἡγεῖσθαι τὰ φθειρόμενα.

Oportet concupiſcentem incorruptibilia pro nihilo ducere ea, quæ corrumpuntur.

140. Ἐι τὴν ζωὴν τὴν ὄντως ποθεῖς, προσδέχου ἀεὶ τὸν ἀνθρώπινον θάνατον, καὶ μίσει τὸν παρόντα βίον. Ὁρᾷς γὰρ τὸν τροχὸν ἀπαύστως κυλιόμενον.

Si vitam, quæ verè vita eſt, deſideras, expecta ſemper humanam mortem, & odio proſequere præſentem vitam. Vides enim rotam indeſinenter volvi.

141. Μὴ ποθήσῃς ἀγαθὰ, ὧν ἡ χρῆσις παρέρχεται, καὶ κτῆσις ἀπόλλυται.

Ne deſideraveris bona, quorum uſus præterit, & poſſeſſio perit.

142. Γέλα τοὺς εὐπραγοῦντας, τοῖς δυσπραγοῦσι σύμπασχε. τοῦτο μὲν

μισθὸς, ἐκεῖνο δὲ φιλοσοφίας προξενον.

Ride feliciter agentes, infeliciter agentibus condole: hoc eſt enim merces, illud verò philoſophiæ effectum.

143. Τὴν ὑπομονὴν ἄσκει, οἷον αὐτὴν ἔγνως γυμνασθεῖσαν τοῖς μάρτυσιν· ἐπειδὴ τὸ τῆς συνειδήσεως μαρτύριον, καὶ ἡμεῖς ἀπαιτέμεθα.

Tolerantiā exerce, quemadmodū ipsā noſti excercitatam martyribus: quia conſcientiæ teſtimonium etiam â nobis poſtulatur.

144. Πάντων προτίμα τὴν ψυχὴν, καὶ τῆς ἀρετῆς ὁ δρόμος ἀκαμάτως ἀνύεται.

Omnibus rebus præfer animam, & virtutis curſus indefeſsè conficitur.

145. Πάντα μὲν φθαρτὰ, ἡ ψυχὴ

δὲ

δὲ ἀθάνατος. Προτιμᾶσθαι τοίνυν τὰ ἄφθαρτα τῶν φθαρτῶν δέον.

Omnia ſunt corruptioni obnoxia: anima verò immortalis eſt. Præferre igitur corruptionis expertia corruptioni obnoxiis decet.

146. Ἑτοιμάζου πρὸς τὰ λυπηρὰ, καὶ κερδαίνεις τὰ πλείονα.

Para te ad adverſa ſubeunda, & lucrifacis plurima.

147. Μὴ ζήτει παρὰ τοῦ θεοῦ τὰ ἡδέα, μόνα δὲ τὰ συμφέροντα· ἐκεῖνα γὰρ αἰτηθεὶς, οὐ δίδωσιν, εἰ δὲ καὶ λάβῃς, φθείρονται.

Ne quære â DEO jucunda; ſed ſola conducibilia: illa enim rogatus non dat: quod ſi enim acceperis, intereunt.

148. Μὴ μέμφου τὴν πενίαν. ἀπερίσπα-

ῥίσπαςον γὰρ τῦ νόμυ τὸν ἀθλητὴν ἀπεργάζεται.

Ne incuſa paupertatem: conſtantem enim legis athletam efficit.

149. Μὴ εὐφραίνυ τῷ πλύτῳ· αἱ περὶ αὐτῶν γὰρ φροντίδες χωρίζυσιν ἀπὸ θεῦ, ὡς τὰ πολλὰ, καὶ παρὰ γνώμην τῶν ἀνθρώπων.

Ne lætare divitiis: earum enim habendarum curæ ſeparant â DEO utplurimum, & præter hominum mentem.

150. Ἐγγὺς τὸ τέλος, ὁ ῥᾳθυμῶν ἑτοιμαζέσθω πρὸς μάςιγας· ὐ μακρὰν τὸ θέρος· ἀκανθῶν τοίνυν τὸν ἀγρὸν τῆς ψυχῆς ἀπαλλάξωμεν.

Prope finis eſt; ſocorditer agens paretur ad flagella. Non longè meſſis eſt. A ſpinis igitur agrum ani-

mæ liberemus.

151. Ουδὲν λανθάνει τὸν κριτὴν, ὥστε μάτην λανθάνοντες ἁμαρτάνειν σπεύδομεν.

Nihil latet Judicem: itaq; fruſtra cum latemus, peccare feſtinamus.

152. Πρὸ τῶν ἀνθρώπων αἰσχύνου τοὺς ἀγγέλους· πολλοὶ γὰρ ἡμῖν πάρεισιν, καὶ πάσης αἰσχρᾶς ἀποσχοινίζουσι πράξεως.

Reverere Angelos magis,quàm homines: multi enim nobis adſunt, & ab omni turpi actione recedunt.

153. Μερίμνα τοῦ κριτοῦ τὸν ζυγὸν, καὶ πᾶν, εἴ τί σοι κίβδηλον, τῆς βιωτικῆς πείρας ἔκβαλλε.

Anxiè commentare judicis trutinam, & omne, ſi quid tibi adulterinum ineſt, irreligioſi conatus ejice.

154. Ζημίαν εἶναι τὴν σχολὴν, καὶ τὴν ἄνεσιν νόμιζε· καὶ σπεῦδέ τι πράττειν, ὧν ἀπαιτεῖσθαι μέλλομεν.

Damnum eſſe otium & intermisſionem exiſtima: & ſtude aliquid agere, quorum rationem reddere posſumus.

155. Ἀεὶ τοῦ βίου λογίζου τὸ ἀβέβαιον, καὶ οὐδέν σε τῶν ἐν αὐτῷ περιστᾶσαι δυνήσεται.

Semper vitæ reputa inconſtantiam: & nihil eorum, quæ in eâ uſu venerint, in diverſum te trahere poterit.

156. Τὰ φαιδρά σε τῆς γῆς μὴ τερπέτω τὰ πρόσκαιρα· ἄγκιστρα γάρ ἐστι, τὴν ψυχὴν ὡς ἰχθῦν σαγινεύοντα.

Læta hujus terræ temporaria ne te oblectent: hami enim ſunt, animam ut

ut piſcem irretientes.

157. Ἀπέχȣ τȣ̀ς πειρασμȣ̀ς· εἰσελθὼν δὲ τὴν ἀνδρείαν ἐπίδειξε.

Averte tentationes: ingreſſus autem fortitudinem oſtende.

158. Μή ποτε πτωχὸν παρίδῃς δακρύοντα, ἵνα μὴ παροφθῇ τῆς εὐχῆς σȣ τὸ δάκρυον.

Ne quando pauperem deſpexeris lacrymantem, ut ne deſpiciatur rationis tuæ lacryma.

159. Ἡ φιλοσοφία χρῆμα τοῖς ἀνθρώποις ἐξαίρετον· ȣ̔͂σα δὲ μονογενής, μόνη μόνῳ συνεῖναι τῷ κεκτημένῳ βȣ́λεται.

Philoſophia eſt res hominibus eximia: ſed unigenita cùm ſit, ſola ſoli coire poſſeſſori vult.

160. Χιτὼν ἡ ἀρετή ἐστι τοῦ θεοῦ· ταύτην ὕφαινε, καὶ γίνῃ στολιστὴς τοῦ τὴν κτίσιν ἐνδύοντος.

Virtus veſtis eſt DEI: hanc texe, & es ſarcinator ſtolæ formatam naturam induentis.

161. Ὅσα ἐπὶ γῆς, κλέπτεται· τὰ κατ᾽ οὐρανὸν ἐργάζου· ταῦτα γὰρ εἰς τοὺς τῶν συλώντων δακτύλους οὐκ εἰσέρχεται.

Quæcunq; in terra ſunt, furto ſubtrahuntur: quare iis, quæ ad cœlum pertinent, operam da: hæc enim in prædantiũ digitos non ingrediuntur.

162. Παραιτεῖσθαι δεῖ τὸ τρυφᾶν· ἕλκει γὰρ εἰς πράξεις, ἀφ᾽ ὧν στεναγμοὶ μετὰ τὴν νῆψιν γίνονται.

Delicatè vivere deprecari oportet: trahit enim ad actiones, ex quibus ge-

mitus poſt ſobrietatem oriuntur.

163. Τοὺς λογισμοὺς ἄμεινον τοὺς φιλοσάρκους βδελύττεσθαι· φθείρουσι γὰρ τὸ σῶμα, καὶ τὴν ψυχὴν μολύνουσιν.

Cogitationes carni acceptas melius eſt deteſtari: corrumpunt enim corpus & animam polluunt.

164. Οὐδὲ τὰ τῆς γῆς ἀγαθὰ χωρὶς κόπων ἀνύεται· ἀνθ' ὅτου τοίνυν τὰ οὐράνια διὰ τὸν μόχθον ἐκκλίνομεν;

Neq; terræ bona ſine laboribus perficiuntur: cujus gratiâ igitur cœleſtia propter laborem declinamus?

165. Εἰ θέλεις τὴν ἀρετὴν ἐκτὸς κόπου ἐργάζεσθαι, λογίζου τὸν κόπον πρόσκαιρον, τὸν δὲ μισθὸν αἰώνιον.

Si vis virtuti abſq; labore operam dare, cogita laborem eſſe temporari-

una, mercedem verò æternam.

166. Ὅσοι πρὸς τὰς ἡδονὰς τὰς ἀτόπους προσἐληλύθασι, τῆς ἀπολαύσεως τὸ βραχὺ, τῆς τιμωρίας τὸ μακρὸν λογιζέσθωσαν.

Quicunq; ad voluptates inconvenientes collicuere, oblectationis brevitatem, & ſupplicii diuturnitatem cogitent.

167. Ὅσων ὁ βίος ῥυπαρὸς, κτηνώδης εἰκότως ἡ ψυχὴ, καὶ πενθεῖν, ὡς τὸ λογιστικὸν, ὑφ' ἑαυτῶν ζημιωθέντες, ὀφείλουσι.

Quorum vita ſordida eſt, eorum belluina meritò anima eſt, & lugere, ut qui rationem damno affecerint, debent.

168. Πάντα νόμιζε φθαρτὰ, καὶ τὴν ἀρετὴν ἄφθαρτον.

Omnia

Omnia puta corruptioni eſſe obnoxia; & virtutem interitui non expoſitam.

169. Ἀμέλει τῶν ἄλλων, ὅσα κτηνώδη καλασκευάζει τὸν ἄνθρωπον· ἐργάζȣ δὲ ταῦτα, ὅσα σε ȣ̓ράνιον ἀναδεῖξαι δυνήσονλαι.

Neglige alia, quæ belluinum reddunt hominem: operare verò ea, quæ te cœleſtem oſtendere voluerint.

170. Ἐπιμελȣ̃ τῆς ἀρεῆς· ἄυλη γὰρ διὰ Φιλοσοφίας νέον Ἀδὰμ ἀναδείκνυσιν.

Incumbe virtuti: hæc enim per philoſophiam novum Adamum oſtendit.

171. Ἐι κραλεῖς γαςρὸς, κράτει καὶ γλώσσης, ἵνα μὴ τὸ μὲν ὑπάρχεις δȣ̃λος, τὸ δὲ τυγχάνεις ἀνόηλος

ἐλεύθερος.

Si potens es ventris, potens ſis etiam linguæ, ut ne tum exiſtas ſervus, tum ſis ſtolidus liber.

172. Ἀγάπα τὸν θεόν· ὑπὲρ αὐτὸν δὲ τοὺς οἰκείους μὴ πρόσπασχε· μήπως αὐτοῦ κατὰ τὴν αὐτοῦ φωνὴν εὑρεθῇς, ὡς οὐ θέλεις, ἀνάξιος.

Dilige DEUM: ſuper ipſum verò domeſticis ne adhære: ne fortè ipsô ex ipſius voce inventus fueris, cùm non vis, indignus.

173. Καρτέρει τὰς θλίψεις· ἐν αὐταῖς γὰρ τοῖς ἀθλοῦσιν οἱ στέφανοι.

Perfer fortiter afflictiones: in ipſis enim certantibus coronæ deferuntur.

174. Μακάριον τὸ πάσχειν κακῶς, τὸ ποιεῖν δὲ, τρισάθλιον. Τοῦ Χριστοῦ γὰρ κληρονόμος ὁ πάσχων, τοῦ δὲ Δια-

βόλȣ ὁ ποιῶν συγκληρονόμος.

Beata res eſt, pati mala; facere verò, miſerrimum. Qui enim patitur, Chriſti hæres eſt, qui verò facit, Diaboli cohæres.

175. Καλὸς ὁ τῆς νηςείας ἄρτος· ἐπειδὴ τῆς ζύμης τῶν ἡδονῶν ἐςιν ἐλεύθερος.

Bonus eſt jejunii panis: quandoquidem fermenti voluptatū eſt liber.

176. Ἅγιος ὁ τῆς προσευχῆς βωμὸς· ἕλκει γὰρ πρὸς ἡμᾶς τὸν ἅγιον τῶν ἁγίων ἁγίως.

Sanctа eſt orationis ara: trahit enim ad nos ſanctum ſanctorum ſanctè.

177. Μὴ δόκει τὴν δικαιοσύνην ἀρετῆς εἶναι πάρεργον· ταύτης γὰρ χωρὶς, πᾶσα πρᾶξις ἀκάθαρτος.

Ne cenſe juſtitiam virtutis eſſe appendicem: ſine hac enim omnis actio immunda eſt.

178. Ἐι σπερεῖς πτωχοῖς, τὰ σαυτοῦ σπεῖρε. τὰ γὰρ ἀλλότρια ζιζανίων πικρότερα.

Si ſeminabis pauperibus, quæ tua ſunt, ſemina: aliena enim zizaniis amariora ſunt.

179. Τυφλός ἐστιν ὁ ἐλεήμων, εἰ μὴ τυγχάνει δίκαιος, γεωργῶν ἀγρὸν, ὃν θεωρῆσαι οὐ δύναται.

Cœcus eſt miſericors, niſi ſit juſtus, colens agrum, quem contemplari non poteſt.

180. Προσδόκα μὲν ἀεὶ, μὴ φόβου δὲ τὸν θάνατον· ἀληθὴς χαρακτὴρ φιλοσοφίας ἑκάτερον.

Cùm expecta ſemper, tum non

metue mortem: verum enim ſignum Philoſophiæ utrumq; eſt.

181. Σχηματίζου τὴν ἀρετὴν, οὐχ ὅπως ἀπατήσης, ἀλλ' ὅπως ὠφελήσεις τοὺς βλέποντας.

Forma te in virtutem, non ut decipias, ſed ut juves videntes.

182. Λέγειν χρὴ καλὰ, καὶ τὰ μὴ καλὰ πράττοντα, ὅπως ἄρξηται τῶν ἔργων τοὺς λόγους αἰσχύνεσθαι.

Dicere oportet honeſta, etiam non honeſtè facientem, ut incipiat operum verba honeſta facientem pudere.

183. Ἐι τὸν οὐρανὸν ποθεῖς, μηδέν σοι καὶ τῇ γῇ· οὐκ ἐᾷ γὰρ αὕτη πρὸς ἐκεῖνον ἀνίπτασθαι.

Si cœlum deſideras, nihil tibi cum terra rei ſit: non enim ſinit hæc ad illud evolare.

184. Μὴ βούλου πλουτεῖν φιλοπτω-
χείας ἕνεκα· ἀπὸ γὰρ δικαίων ἐλεεῖν
ὁ θεὸς νομοθετεῖ τὸν δίκαιον.

Ne velis opulentus eſſe amoris pau-
pertatis ſublevandæ gratiâ: de juſtè
enim partis miſereri DEUS juſtum
ſancit.

185. Ἐι ποτήριον ψυχροῦ δικαιοῖ
τὸν οἰκτίρμονα· πόσῃ τίς ἀμοιβὴ τὸν
πάντα σκορπίζοντα τοῖς πτωχοῖς δια-
δέχεται;

Si poculum frigidæ juſtificat miſe-
ricordem: quanta retributio omnia
diſtribuentem pauperibus excipit?

186. Μήτηρ τῶν ἀρετῶν, ἀγνεία καὶ
συμπάθεια· ὀυ τοίνυν ἔνι τῷ χριστῷ δί-
χα ταύτης ἢ ἐκείνης στρατεύεσθαι.

Mater virtutum eſt caſtitas & com-
miſeratio. Non igitur licet Chriſto
ſine

ſine hac vel illa militare.

187. Μὴ ἀμέλει τῆς συμπαθείας· ἄυτη γὰρ τὸν ἀγαθὸν δεσπότην ἐξ ȣ̓ρανȣ̃ κατήγαγεν.

Ne neglige commiſerationem: hæc enim bonum Dominum ê cœlo deduxit.

188. Μὴ καταφρόνει τῆς ἁγνείας· τὸ γὰρ ἐξ ἀυτῆς ὄργανον, τὸν δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα τοῖς ἀνθρώποις παρέστησε.

Ne contemne caſtitatem: illius enim organum, Chriſtum propter nos carne indutum hominibus exhibuit.

189. Μὴ ἔιπῃς, στήσομαι τὸν ἐχθρὸν· κριτὴν γὰρ δίκαιον ἐν ȣ̓ρανῷ κεκτήμεθα.

Ne dixeris, ſiſtam inimicum: Judicem enim Juſtum in cœlo habemus.

190. Μὴ βούλου τρυφᾷν, μὴ πλου-τεῖν, μὴ δοξάζεσθαι· φθορὰ γὰρ ταῦ-τα τοῦ βίου, ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν οἱ φθει-ρόμενοι.

Ne velis delicatè vivere, nec dives eſſe, nec gloriæ ſtudere: corruptela enim hæc vitæ ſunt, nos autem non ſumus ii, qui corrumpimur.

191. Ἐπὶ νεκρῷ μὴ θρήνει· κοινὴ γὰρ ἡ ὁδὸς· ὁ δὲ φθάνων μακάριος.

Propter mortuum ne lamentare: communis enim via eſt: beatus verò, qui prævénit.

192. Τὸν ἁμαρτάνοντα πένθησον, οὐ-χὶ δὲ τὸν πτωχεύοντα· στεφανοῦται γὰρ οὗτος, ἐκεῖνος κολάζεται.

Peccantem lugeto, ſed non illum, qui pauper eſt: hic enim coronatur, ille plectitur.

193. Γέ-

193. Γέλα μὲν τοῦ βίου τὸν τροχὸν, ἀτάκτως κυλιόμενον· φυλάττου δὲ τὸν βόθρον, εἰς ὃν κυλίει τοὺς ἐν αὐτῷ νυστάζοντας.

Ride vitæ rotam ſine ordine volutatam: cave verò foveam, in quam volvit dormitantes in ipſa.

194. Λάλει τῷ Θεῷ πολλὰ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὀλίγα, τῇ μελέτῃ δὲ τοῦ νόμου κατορθώσεις ἑκάτερα.

Loquere DEO multa, & hominibus pauca, meditatione verò legis rectè exequéris utraq;.

195. Λουτὴρ ἀγαθὸς ψυχῇ, τῆς προσευχῆς τὸ δάκρυον· ἀλλὰ μετὰ τὴν προσευχὴν μέμνησο, τίνος χάριν ἐδάκρυσας.

Balneum bonum animæ eſt orationis lacryma: ſed poſt preces fuſas me-

memento, cujus gratiâ lacrymaveris.

196. Τὰς δυνάςας τȣ̃ βίȣ μὴ μακάριζε· δυνατοὶ γὰρ δυνατῶς ἐταςθήσονται· ὅθεν αὐτοὶ τὸν κριτὴν αὐςηρότερον ἕξȣσιν.

Dynaſtas vitæ ne beatos prædica: Potentes enim potenter examinabuntur: unde ipſi Judicem auſteriorem habebunt.

197. Δεῖ πονεῖν τὸν Ἀδὰμ, ἡμεῖς δὲ πονȣ̃ντες ἐν τῷ νόμῳ τὴν ἀμοιβὴν κερδαίνομεν.

Oportet laborare Adamo ortos, ſed nos laborantes in lege retributionem lucramur.

198. Ἀνάγκη τῆς Ἕυας τȣ̀ς κληρονόμȣς θλίβεσθαι, ἀλλ᾽ ὅταν εὐχαρίςως τὰς θλίψεις ὑπομείνομεν, εἰς εὐλογίαν ἡμῖν ἡ κατάρα μετέρχεται.

Ne-

Neceſſe eſt Evæ hæredes affligi, ſed quando gratè afflictiones ſuſtinuerimus, in benedictionem nobis maledictio tranſit.

199. Λύχνῳ πρὸς τὰς πράξεις τῷ συνειδότι κέχρησο· τοῦτο γάρ σοι ποίας μὲν ἐν βίῳ ἀγαθὰς, ποίας δὲ πονηρὰς, ὑποδείκνυσιν.

Lychno ad actiones obeundas, conſcientiâ utere: hæc enim tibi oſtendit, quales in vita bonæ, quales verò malæ ſint.

200. Ἑαυτοὺς κρίνωμεν, καὶ ὁ κριτὴς καταλλάσσεται· χαίρει γὰρ, ὡς ἀγαθὸς, τὸν ἁμαρτωλὸν θεωρῶν τὸ φορτίον αὐτοῦ σκορπίζοντα.

Nos ipſos judicemus, & judex reconciliatur: gaudet enim, ut bonus, peccatorem conſpicans onus ſuum disjicientem.

201. Εἴ τι ῥυπαρὸν ἡμῖν πέπρακται, τῇ μετανοίᾳ πλύνωμεν· μέλλωμεν γὰρ καθαρὰν τὴν εἰκόνα μεθοδεύεσθαι.

Si quid ſordidi â nobis factum eſt, id pœnitentiâ lavemus: debemus enim puram imaginem perſequi.

202. Πρὶν γυμνωθῆναι τὰ ἕλκη τ̃ ψυχῆς, θεραπεύσωμεν· ἵνα κερδαίνωμεν τοῖς φαρμάκοις τὰς μαςίγας.

Priusquàm nudata fuerint animæ ulcera, curemus: ut lucremur iis pharmacis flagella.

203. Ὥσπερ δυσχερῶς οἱ δεσμῶται βαδίζȣσιν· ȣ̈τω τὸν δρόμον τῆς ἀρετῆς οἱ συμπλακέντες τῷ βίῳ καθαρὸν ȣ̓κ ἀνύȣσιν.

Quemadmodùm difficulter vincti vadunt: ſic curſum virtutis purum hujus vitæ negotiis compliciti haud conficiunt.

204. Χρὴ τὴν ἁμαρτίαν μισεῖν· ȣ̈τω γὰρ αὐτῆς τὴν παγίδα, κἂν ὀλισθήσῃ τις πρὸς αὐτὴν ἐξελεύσεται.

Oportet peccatum odiſſe: ſic enim ipſius tendiculam, etiamſi quis in eam ceciderit, egredietur.

205. Ὃς ȣ̓ μισεῖ τὴν ἁμαρτίαν, ἐν ἁμαρτωλοῖς, εἰ καὶ μὴ πράττει τὴν ἁμαρτίαν, κρίνεται.

Qui non odit peccatum, inter peccatores, etſi non facit peccatum, judicatur.

206. Ἐπὶ τῷ πλησίον ἁμαρτάνοντι στέναζε, ἵνα καὶ σεαυτὸν στενάξῃς· πάντες γάρ ἐσμεν ἐν ἐπιτιμίοις καὶ ἁμαρτίαις ὑπεύθυνοι.

Proximo peccanti ingemiſce, ut & teipſum gemas: omnes enim ſumus vitiis & peccatis obnoxii.

207. Ἀναμίμνησκε τοῦ κριτοῦ τὸν φίλον ἁμαρτήσαντα, καὶ τὸ σὸν ἐμπλάττεις τραῦμα· κοινὸν γάρ ἐστι τῆς βουλῆς τὸ φάρμακον.

Da Judicis amici, qui peccaverit, recordationem, & tuum illinis vulnus: commune non eſt conſilii pharmacum.

208. Λέγειν τι μέλλων, ἢ πράττειν, τῆς μετὰ μικρὸν ἀπολογίας φρόντιζε, καὶ σωφρονήσεις τῷ φόβῳ διορθούμενος.

Dicturus quid, facturusvè, paulò pòſt de cauſæ dictione ſolicitus ſis; & rectum animum ſervabis metu correctus.

209. Τῆς ἁμαρτίας τὴν τιμωρίαν φοβοῦ, τὴν αἰσχύνην δὲ νάρκα· τὸ χα-

λεπὸν γὰρ ἑκατέρωθεν ἄμετρον.

Peccati ſupplicium metue, turpitudine verò obtorpeſce: noxius enim utrinq; exceſſus eſt.

210. Τῶν μελλόντων ἀγαθῶν καὶ τὸ κάλλος καὶ τὸ πλῆθος ἄπειρον.

Futurorum bonorum & pulchritudo & multitudo infinita eſt.

211. Πάντα σκιὰ, καὶ καπνὸς, καὶ πομφόλυγες.

Omnia umbra, & fumus, & bullæ.

212. Μὴ σπεῖρε πονηρά· τὸ γὰρ θέρος ἐγγὺς, καὶ τὸ πῦρ τὸν γεωργὸν τῶν ἀκανθῶν ἐκδέχεται.

Ne ſere mala: meſſis enim prope eſt, & ignis agricolam ſpinarum excipit.

213. Ῥόδα τοῦ βίου ὑποκριταὶ, πλεονέκται, ὑποφιλήδονοι· ἀλλὰ μικρὸν καρτέρει, καὶ τὸν χόρτον θεωρεῖς πατούμενον.

Roſæ vitæ ſunt hypocritæ, avari, voluptuarii: ſed parumper ſuſtine, & gramen vides calcari.

214. Πᾶσα πονηρὰ πρᾶξις ὁπλίζει τὸν Διάβολον· ὁπλισθεὶς δὲ, χαλεπῶς τοῖς ὁπλίταις κέχρηται.

Omnis mala actio armat Diabolum: armatus verò, graviter armatis uſus eſt.

215. Εἰ θέλεις τὸν ἐχθρὸν ἀσθενεῖν, τὴν ἁμαρτίαν περίκοπτε· γυμνὸς γὰρ ὢν πτερῶν, ὡς στρουθίον ἐμπαίζεται.

Si vis inimicum fieri invalidum, peccatum accide: cùm enim nudus alis eſt, ut paſſerculus illuditur.

216. Οὐαὶ τῷ ἀσεβεῖ· ὅταν πάντες φωτίζονται, τότε μόνος σκοτίζεται.

Væ impio: cùm omnes illuminantur, tunc ſolus tenebris involvitur.

217. Οὐαὶ τῷ βλασφήμῳ· δεσμεῖται γὰρ τὴν γλῶσσαν, καὶ πῶς ἀπολογίσασθαι τῷ κριτῇ δύναται;

Væ maledico: ligatur enim linguâ, & quomodo reſpondere judici poteſt?

218. Οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ· πρὸς κριτὴν γὰρ ἄυστηρόν τε, καὶ δίκαιον, καὶ νομο-

θέτην ἀπέρχεται.

Væ exlegi: ad judicem enim auſterum, & juſtum, & legislatorem abit.

219. Οὐαὶ τῷ πλεονέκτῃ· ὁ πλοῦτος αὐτὸν φεύγει, καὶ τὸ πῦρ ὑποδέχεται.

Væ habenti plurium cupiditatem: divitiæ enim ipſum fugiunt, & ignis ſuscipit.

220. Οὐαὶ τῷ ῥαθύμῳ· ζητήσει γὰρ τὸν καιρὸν, ὃν κακῶς ἐδαπάνησε.

Væ ſocordi: quæret enim tempus, quod malè inſumpſit.

221. Οὐαὶ τῷ ἀλάζονι· ὅταν εἰσέλθει εἰς τὸν τάφον, τίς ὑπάρχει, διδάσκεται.

Væ ſuperbo: quando ingreditur in ſepulchrum, quis ſit, docetur.

222. Οὐαὶ τῷ φιλοπόρνῳ· ῥυποῖ γὰρ στολὴν, καὶ τοῦ νυμφῶνος ἐκβέβληται.

Væ ſcortorum amatori: ſordidam enim reddit ſtolam; & ê ſponſi thalamo ejectus eſt.

223. Οὐαὶ τῷ λοιδόρῳ, καὶ σὺν αὐ-

τῷ

τῷ μεθύσῳ· μετὰ φονευτῶν τάσσεται, καὶ μετὰ μοιχῶν κολάζονται.

Væ conviciatori, unà cum ipſo ebrioſo: nam in numero interfectorum ordinatur uterq;, & cum mœchis ſimul puniuntur.

224. Οὐαὶ τῷ τρυφῶντι· καιρὸν γὰρ ὀλίγον ὡς μόσχος εἰς σφαγὴν ἑτοιμάζεται.

Væ delicias ſectanti: tempore enim exiguo ut vitulus ad jugulationem paratur.

225. Οὐαὶ τῷ ὑποκριτῇ· ὁ ποιμὴν αὐτὸν ἀρνεῖται, καὶ λύκος ὁ κριὸς ἀποφαίνεται.

Væ hypocritæ: paſtor enim ipſum negat, & aries lupus eſſe oſtenditur.

226. Μακάριος ὁ τὴν στενὴν ὁδεύων ὁδόν· στεφανηφορῶν γὰρ εἰς τὸν οὐρανὸν εἰσέρχεται.

Beatus, qui anguſtam it viam: coronam enim geſtans in cœlum ingreditur.

227. Μακάριος ὁ τὰς ἡδονὰς πατῶν· τρέμουσι γὰρ τὴν πρὸς αὐτὸν πάλην οἱ δαίμονες.

Beatus, qui voluptates calcat: tremiſcunt enim Dæmones ad certamen adverſus ipſum ineundum.

228. Μακάριος ὁ τῇ ἀρετῇ καθαρὸς, ϗ τὴν ψυχὴν ἀνυπόκριτος· κρίνειν γὰρ μέλλει τὸν κόσμον, οὐχὶ δὲ μετὰ τοῦ κόσμου κρίνεσθαι.

Beatus virtute purus, & anima ſincerus: judicaturus eſt enim mundum, non autem cum mundo judicandus.

229. Μακάριος ὁ ἀγρυπνῶν ἐν προσευχαῖς, ϗ ἀναγνώσεσι, ϗ τῷ ἔργῳ τῷ ἀγαθῷ· φωτισθήσεται γὰρ ὁ τοιοῦτος, τοῦ μὴ ὑπνοῦν εἰς θάνατον.

Beatus, qui vigilat in precationibus, & lectionibus, & opere bono: illuminabitur enim talis, ne dormiat in mortem.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0087-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0089-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0090-0

X 26 11127

VD17 Z

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0091-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0092-2

NILI EPISCOPI

# ADMONI-TIONES,

*E Græco Sermone in Latinum traductæ,*

A

**STEPHANO SCHONING,**

olim Scholæ Doccumienſis in Friſia Occid. Rectore,

*nunc*

in gratiam Studioſæ Juventutis recuſæ.

GORLICI
Impenſis CHRISTOPHORI SCHUBERTI,
Typis HÆRED. CHR. ZIPPERI.
M. DC. LXXIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-545107-p0093-7